



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XIV. Alia donatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

*Ut causas auctorum adsumendi aliquis licentiam habeat.*

IX. Malorum necesse est tergiversationem regali coercere censura. Igitur apostolicus vir ille illius urbis Episcopus &c. ut supra pag. 394.

*Indiculus Regis de privilegio.*

X. Ille Rex Francorum vir inluster illi Comiti &c. ut supra pag. 452.

*Alius indiculus regalis.*

XI. Karolus gratia Dei Rex Francorum &c. ut supra pag. 460.

*Item alius.*

XII. Ille Rex Francorum vir inlustris Patriciis, Comitibus, Telonariis, vel omnibus curam publicam agentibus. Si opportuna beneficia ad loca sanctarum Ecclesiarum vel sacerdotibus prestare non desinemus, hoc nobis proculdubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus. Igitur cognoscat magnitudo seu almitas vestra quod nos ad petitionem apostolici viri illius urbis antistitis talem propter nomen Domini, ejus meritis compellentibus, beneficium praestitisse cognoscite ut ubicunque infra regnum nostrum Missi sui mercare videntur, vel pro reliqua necessitate discurrunt, nullum teloneum nec quamlibet redditionem exinde ad partem fisci nostri nec ipse nec Missi sui solvere non debeant. Propterea per praesentem praecipuum decernimus, quod perpetualiter mansurum esse volumus, ut nullum teloneum in nullis civitatibus aut pagis vel ubicunque in regno nostro teloneus exigitur, nec de navali nec de carrali evectione, nec de rotatico, nec de pontatico, nec pulveratico, nec saltuatico, nec cespitatico, nec de faumaris, nec de eo quod homines eorum ad dorsum portant, nec nulla redditione, quam fiscus noster exinde sperare poterat, nec vos nec juniores aut successores vestri non requiratis nec exigatis, sed omnia & in omnibus hoc propter nomen Domini ipse Pontifex vel successores sui aut memorata Ecclesia sancti illius habeant indultum, vel in luminaribus ipsius loci proficiat. Quae vero auctoritas ut perpetuis temporibus valeat, propria eam manu infra decrevimus roborare.

*Epistola donationis.*

XIII. Mundi terminum ruinis crebrescentibus adpropinquare indicia certa manifestant &c. ut supra pag. 403.

*Alia donatio.*

XIV. Ego ille de misericordia Dei & pietate confusus per hanc epistolam donate Tom. II.

tionis datum donatumque in perpetuum esse volo ad basilicam sancti illius, ubi ipsius pretiosum corpus requiescit, & venerabilis vir ille Abba praesse videtur &c. ut supra pag. 469.

*Donatio de parva re ad Ecclesiam.*

XV. Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum &c. ut supra pag. 407.

*Cessio à die praesente ad Ecclesiam.*

XVI. Dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum vitae tempus &c. ut supra pag. 405.

*Item alia cessio.*

XVII. Ego ille cogitans Dei amorem vel aeternorum bonorum retributionem, ideo cedo à die praesente ad supradictam basilicam & monachos ibidem consistentes censumque in perpetuum esse volo portiones meas in loco nuncupato illi, fitas in pago illi, quae mihi tam de alode quam de comparato vel de quolibet adtractio advenit, vel legibus advenire potest, in supra memorato loco, tam terris, domibus, aedificiis, mancipiis, libertis, accolabus, merito accolonorum, vineis, silvis, pratis, pascuis, campis, cultis, incultis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, cum omnibus adjacentis & appendiciis vel colonicis ad me pertinentibus, vel omni integritate, vel superposito, quicquid dici aut nominari potest in supra memorato pago vel loco supra nominato vel utique de supradictis portionibus tenere visus sum, totum & ad integrum à die praesente ad jam memoratum monasterium vel ad ipsos monachos ibi consistentes perpetualiter trado atque transfundo de meo jure in eorum dominationem ad possidendum, ut quicquid à die praesente exinde facere voluerint, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. Si quis verò, quod fieri non credo, in futurum, sive ego ipse, aut ullus de hereditibus vel prohereditibus meis, aut ulla emissã vel opposita persona, vel quislibet, qui contra hanc cessionem meam, quam ego bona voluntate fieri & adfirmare rogavi, venire, agere, aut resultare, vel quibuscunque modis repetere aut infringere conatus fuerit, nec hoc valeat vindicare quod repetit, & insuper partibus supra memorati monasterij vel monachis ibi consistentibus duplum tantum quantum ipsa res eo tempore meliorata valuerint componat, & insuper socio fisco multa auri libram unam coactus exsolvat, & haec cessio

K K